





*DISSE*RATI*O IVRIDICA SOLLEMNIS*  
DE  
*A D S I G N A T I O N E*  
*BONORVM PARENTALI*  
*CVIDAM LIBERORVM FACTA, VULGO*  
*VOM ANSCHLAGE DER GÜTER, ITEMQUE DE*  
*RESERVATO VOM AVSZVGE DER ELTERN*

26

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE  
AC DOMINO  
**DOMINO FRIDERICO II**  
HASSIAE LANDGRAVIO REGNANTE, PRINCIPE  
HERSFELDIAE COMITE CATTIMELIBOCI DEICAE ZIEGENHAINAE  
NIDDAE SCHAVMBVRGI ET HANOVIAE RELIQA

IN UNIVERSITATE LITTERARIA MARBURGENSI  
AVCTORITATE ET CONSENSV  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORIS LEGITIME ADIPISCENDI  
DIE CLICCLXXIII

H. L. C.  
UNIVERSITATIS ACADEMICAe PROCERVM DISCUSSIONI PUBLICAE  
*SUBMITTIT*  
REINHARTVS ABRAHAMVS MOELLER  
ILLVSTRIS REGIMINIS, QVOD MARBURGI EST, ADVOCATVS  
ET PROCRVATOR ORDINARIVS.

MARBVRGI  
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.





CAPVT I

DE PRINCIPIIS, QVIBVS ADSIGNATIO  
BONORVM, CVIDAM LIBERORVM A PAREN-  
TIBVS FACTA, FVNDATVR.

§. I

DIVISIO BONORVM NOCIVA PROBATVR EX  
PRINCIPIIS POLITICIS.



Sunt, qui iuris naturalis atque ciuilis, in primis Germanici scita velle, obtendunt: vt diuide-re pro lubitu possit, tum illustris, tum nobilis, tum plebeius (a), territoria fundosue. Multum vero interest reipublicae, vt facultibus ac praediis suis recte vtantur (b) ii,

qui

(a) IO. FRID. GUILIELM. de NEVMANN IN WOLESFELD, de hereditatibus et successionibus Principum §. 156 sq. p. 107 seq. 1752, 8. Sed vide Perill. atque Magnific. IO. GE. ESTOREM de partitionibus ter-rarum illustrium.

(b) IO. HAINR. GOTTLÖB de IVSTI P. I der staatswirtschaft. vid. et ANDR. SIGISM. GREENIVS de prohibita prae-diorum allodialium diuisione, Lipsiae 1754.

A

2 CAP. I DE PRINCIP. QVIBVS ADSIGNAT. BONOR.

qui principi cuidam subditi viuunt, neve fundos censusque suos in minima dispertiant; quocensus, illis quasi glebae adscripti, et servitutes reales impositae periclitentur. Sic e. gr. in LXII partes mensurae frumenti minimas diuisum inueni censum quendam W,

S. II

PROBATVR EX MEDIIS GERMANORVM SIBI  
A DIVISIONE BONORVM CAVENDI.

HAEC GERMANOS AD diuersa media sibi a diuisione cauendi commouerunt: Ex quibus praeualuit maioratus, quo passim vtebantur; quem Lusitani morgado, Galli vero Mairie et auantage vocant: Inde etiam ex maioratu generatim dicto primogenitura, maioratus speciatim sumtus (c), senioratus, et maioratus mixtus nascuntur. Iure Minoratus vtebantur Hassi, quod hodie vero inualuit (d). Supereft tamen vox nestdrücker, quia fratres fororesue huic cedere debebant, illosque quasi domo expellabat. De Westphalis hos testatur mores GOSWINVS AB ES-  
BACH (e), nec non de comitatu Oldenburgico et ditione Ieuerana GRYPHIANDER (f). In ducatu Brunsuicensi maior diuidit et minor eligit, teste BOEHMERO (g), van WICHT idem testatur in origine et cauſa statuti Ostfrisici,  
quo

(c) FRID. LVDOVICVS COMES IN SOLMS ET TECKLENBURG de Maioratu, Lipsiae 1729 at §. 4 seq. 10. VLR. L. B. DE CRAMER de minoratu §. I - VII p. 336 sq. T. I opuscul. 1742, 4t.

(d) Perill. 10. GE. ESTOR in der bürgerl. rechtsgelahrtheit der Teutschen P. I, cap. XLVIII

§. 1982 p. 805 Marb. 1757, 8.

(e) ad CARPZOV. iurisprud. forens. P. III const. XV def. 25 p. 445, 1703 fol.

(f) in oecon. leg. libr. I cap. 43 n. 71 add. priuilegia, statuta und ordnungen der Hainrichstadt de an. 1602 art. XVI.

(g) consult. T. III P. II cons. 197 p. 341.

CVIDAM LIBER. A PARENTIB. FACTA, FVNDAT. 3

quo fratri minori sedes paterna p[re]ae maiori bus possidenda  
in successione relinquitur. In Saxonia eadem cognita sunt;  
quae huc sufficient, vt reliqua silentio practerire possim.

§. III

QVAENAM IN CONSTITVTIONIBVS HASSIAE PRO-  
VINCIALIBVS, QVOAD PRAEDIA RVSTICA SAN-  
CITA SVNT?

Ideoque vetuit rusticis Hassiacis diuisiones praediorum  
rusticorum diuus Philippus Landgrauius, qui Hassiae toti  
et quae ad illam pertinent, p[re]afuit ab anno 1515XVIII  
vsque ad an. 1515LXVII diem 31 mart. Loquuntur il-  
lud sanctiones eius annis 1545, 1546, 1555, ac 1564 pro-  
mulgatae. Cautum enim illis fuit, ne partitiones fiant der  
zins-hufen vnd erb-güther. Idem egit filius eius ac suc-  
cessor GVLIELMVS IIII Hassiae Landgrauius an. 1584.  
Iterauit hanc prohibitionem Carolus Hassiae Landgrauius,  
an. 1681, quam idem reperit an. 1700 (h). Nouissima  
vero est constitutio FRIDERICI I Regis Suecorum atque  
Landgrauii Hassiae, die 28 augusti anno 1750 promulgata.

§. IV

PACTA LIBERORVM CVM PARENTIBVS VALIDA.

Binae autem sunt propositiones, quas in adsignatione  
bonorum fundamenti loco in medium profero: altera,  
quam dixi de prohibita diuisione, altera est, pacisci pos-  
sunt parentes cum liberis. Quo, si iuris Romani quidem  
ingredior scita, merito obstabit fictio unitatis personae, vt  
vocant, quae contractum inter patrem et filium impe-

A 2

dit

(h) vide die F. Hessen-Cas-  
sel. grebenordnung de 1739, 4t tit. XXXIX p. 92 aus dem  
hufen-edict.

dit (i), et quae post distinctionem (k) peculiorum, paucis tantum speciebus exceptis, restat: Sed Teutones, naturali aequitate imbuti, nullas iuris fictiones, sed pacta parentum cum liberis valida agnouerunt; ideoque liberos cum parentibus de negotiis *Germanicis*, ad quorum numerum et adsignatio bonorum refertur, valide pacisci posse, hodie extra dubii aleam ponitur. De cuius probatione desudarunt TITIVS (l) et HELFELD (m).

## CAPVT II DE ADSIGNATIONE BONORVM AC RESERVATO PARENTVM GENERATIM.

### §. V

#### FREQVENS BONORVM PARENTALIVM ADSIGNATIO IN GERMANIA.

His principiis suffulcitur ius adsignandi fundum cuidam liberorum, quod in diuersis Germaniae prouinciis inter ciues rusticosque obtinet. Sic in Moguntiacis, Saxonici et Franconici terris, in Bauaria et Hassia vtraque, in territorio tum Nassouico tum Solmsensi et Wittgensteiniensi obtingit (n).

### §. VI

(i) L. 2 D. de contr. emt. vendit. §. 6 l. de inutil. stipul. L. 1 §. 1 D. de donat.

(k) l. fin. C. de impub. et aliis subst.

(l) in diff. de contractibus patris et liberorum in potestate existentium.

(m) de diuerso pignoris in.

re liberis in parentum potestate competente.

(n) confer Virum Perillastrem 10. GE. ESTOREM de iure denouationis cap. IIII §. 6 p. 43 seqq. et CHRIST. GOTTL. LOB HALTAVSIVM in glossario voce leibzucht.

AC RESERVATO PARENTVM GENERATIM.

§. VI

V T I L I T A S P E R T R A C T A T I O N I S .

Quam ob rem dubiis ac tenebris huius negotii perspectis, vtilitatem pertractionis tanto magis animaduerti, quo grauius eorum ICtorum opiniones stringunt, qui hoc tum singulare, tum Germanis proprium negotium, ex iuris Romani principiis dijudicant. Ideo praemittere generalia quaedam principia ex iuris Germanici scitis, ac simul ea, quae circa adapplicationem in Hassiae foris frequentius obueniunt apud animum constitui.

§. VII

N O M E N A D S I G N A T I O N I S E T R E S E R V A T I E I V S Q V E  
- 1710 MITALI ETYMOLOGIA

Ad rem quod attinet, negotium quo adsignatio bonorum peragitur, in vernacula vocatur der anschlag der güter, oder die übergebung des gutes, hauses vnd hofes. Reseruatum vero vitae necessariorum alimentorum, quod paſto, huic negotio plerumque adiec̄to, addi solet, audit in Hassia vtraque, item Saxonia (o), der auszug, et qui hoc reseruato fruitur nomine des auszügers venit. Generatim enim notat vox ausziehen se ab obligatione quādam liberare (p).

A 3

§. VIII

(o) IO. GOTOF. SCHAVM-  
BVRGI einleitung zum Sächsi-  
schen recht P. I p. 287 §. 2,  
exercit. X, 1728, 8, THOMAS.  
HAYM. in lexico Iuris Saxonici  
p. 42 voce auszug, et reseruat,  
1736, 12. adde 10, HIERON.

HERMANNI Teutsches iuristi-  
sches lexicon T. II p. 149, 1741  
fol. et 10. GOTLOB. KLINNE-  
RI Sammlungen zum dorf- vnd  
landrechte p. 152 seq. T. I.

(p) HALTHAVS. in glossa-  
rio voce ausziehen,

6 CAP. II DE ADSIGNATIONE BONORVM

§. VIII

SYNONYMIA.

Francones nostrum auszug nominare solent den beisitz, den winckel, mansionem constitutam reseruata tamque (q). Francofurti propter Moenum audit der beisels (r). Nassouici dicunt den aushalt. Aliis regionibus vſitatum est nomen der vorbehalt (s), die leibzucht, liftocht (t), die erbleibzucht, quando pro vſuſruetū personali sumitur, vti in Westphalia et in Episcopatu Osnabrucensi (v), aliquoties etiam sub nomine leibgeding venit, si in genere conuentio de sustentatione ad dies vitae intelligitur (w).

§. VIII

ADSIGNATIO PARENTALIS GENERATIM DEFINITVR.

Generatim si spectatur adsignatio bonorum parentalis, est paſtum successorum onerosum, quo parens quidam, rei oeconomiae administrandae impar, bona sua cuidam liberorum pro certa pecuniae summa addicit.

§. X

(q) HAINR. HILDEBRAND  
de mansione constituta et reſeruato, vom ausgeſetzten vnd  
vorbehaltenen beisitz oder win-  
kel, Altorfis 1702, 4.

(r) DR. IO. PHIL. ORTH  
in den anmerkungen über die  
Frankfurter reformation T. I  
p. 533 seq. 1731, 4.

(s) MICHAEL GRASS de  
reſeruato bonorum §. 6 p. 8  
§. II p. 12, 1710, 4.

(t) Vir. Perill. 10. GE. ESTOR  
de iure deuolutionis cap. IV §.  
6, p. 43 seq. et HALTHAVS.  
I. d. voce leibzucht p. 1250.

(v) IO. PAVLL. KRESS in  
der erläuterung des archidia-  
conalwesens in den beylagen  
p. 154 et 157.

(w) HALTHAVS I. d. voce  
leibgeding.

AC RESERVATO PARENTVM GENERATIM. 7

S. X  
AXIOMATA.

Inde regulae, quae instar axiomatum esse possunt, formantur de adsignatione; quarum summa haec est:

I Adsignatio bonorum parentalis est pacti successorii species. Igitur est negotium iuri Romano haud cognitum. Itaque e iuris Germanici traditis venit dijudicandum (x).

II Quum est pactum, omnia, quae de pacto generatim dicuntur; hic obtinent (y).

III Transfertur per adsignationem dominium, aut ius, quod parens habuit, in filium filiamque cui fit adsignatio (z).

IV Parens adsignans ad legitime rationem non respicit: Namque portionem legitimam Germanica iura ignorant (a).

V Dos

(x) Vir Perill. atque Magnificus IO. GE. ESTOR in der bürgerl. rechtsgel. § 756, in f. IO. FRIDER. GVL. DE NEWMANN de hereditatibus et successionib. Principum p. 57, § 69, 1732, 4, et eius institutiones iuris priuati § 192, p. 110, 1747, 4, AVGVSTIN A LEYSER specim. 43, med. 5, p. 442 seq. 1717, 4.

(y) Idem l. d. § 758 et Vir illustris AEMIL. LVDOV. HOMBERG ZV VACH de qualitate reali, quae pactis successoriis ineft, § 9, 1754, 4.

(z) Vir Perill. 10. GE. ESTOR l. d. § 756, Kurpfälzisches landrecht T. III, Tit. XII, § 2, p. 487. IO. PHIL. ORTH in den anmerckungen über die Frankfurter reformation L. II, P. II, Tit. VI, § 2, p. 543. Adde AVGVSTVM FRIDERICVM MÜLLER, P. P. Lipsiensis dum viueret, in der einleitung in die philosoph. wissenschaften T. III p. 406, 1733 8 mar., et NICOL. HIERON. GVNDLING iuris naturae p. 223 et 315 § 10, 1728, 8.

(a) HAINR. CHRIST. L. B.

DE

8 CAP. II DE ADSIGNATIONE BONORVM

V Dos quaedam vtriusque sexus liberis reliquis adsignatur.

VI Obtinet adsignatio parentalis tum in bonis propriis, tum iis, quae possidentur zur erbleihe.

VII Si iure colonario parens possidet praedium, domini opus est consensu de quantitate dotis (b).

§ XI

QVORVMADICITORVM OPINIONES DE ADSIGNATIONE.

Sunt, qui ex fonte iuris Romani huius adsignationis formam hauriunt. Reperitur inter hos (1) FERD. CHRIST. HARPPRECHT, qui et adsignationem et partitionem, nunc donationem, nunc partagium, nunc abdicationem, nunc cessionem nunc dispositionem diuisoriam (c) nunc contractum innominatum sub (d) adsignatione parentalı latere autumat. Errat quoque (II) LÜDER MENCKEN qui adsignationem emtionem venditionem habet (e). Nec minus (III) eorum opinio veritate nititur, qui sub reseruato, adsignationi adiecto, speciem vel vsus, vel habitationis, vel vsusfructus quaerunt (f). Vel (III) in Saxonia merum reseruatum (g) censem. Vel (V) censem reseruau-

DE SENCKENBERG de grauamine in legitima Cap. III p. 27, 1738, 4, GE. HAINR. AYRER de iure parentum legitimam librorum bona mente grauandi § 21 sq. p. 39 sqq. 1757, 4.

(b) STRUBB de iure villorum p. 105.

(c) de diuisione bonorum inter liberos, adhuc in viuis

facta § 4, num. 25 p. 676 diss. Vol. II 1738, 4.

(d) l. d. num. 712.

(e) in System. iur. ciu. lib. XXII Tit. I, p. 374, § 24.

(f) DR. IO. PHIL. ORTH d. l. p. 532.

(g) THOMAE HAYMII lexicon iuris Saxonici p. 42.

AC RESERVATO PARENTVM GENERATIM. 9

feruatiuum esse autumant (h), aut (VI) contraetum vi-  
talium venditant, cui quidem aliquo modo adfinis, sed  
minus adcurate, ut opinatur LÜDER MENCKEN (i).

§ XII

Sed laudem merentur SAM. STRYK (k), LÜDER  
MENCKEN (l) et VLRIC. THOMAS LAVTERBACH  
(m), eorum refutantes errorem, qui negotium nostrum  
ex Tit. IX Libr. III instit. de adsignatione libertorum, atque  
exit. IV de adsignandis liberis et tit. V. *Si quid in fraudem*  
*patroni factum sit*, Libr. XXXVIII D. anxie quidem sed  
frustra deducere studuerunt (n). Tandem, quae huic pa-  
eto successorio oneroso noctem tenebrasque offerebant,  
Vir Perillustris IO. GE. ESTOR (o) et HAINR. HILDE-  
BRAND (p) depulerunt, qui hanc adsignationem nego-  
tium Germanicum esse, atque Romanis incognitum do-  
cuerunt.

§ XIII

(h) HAYM de stilo curiae seu  
processu p. 1325, 1734, 4.

(i) in Systemate Iur. ciu. p.  
375 § 24.

(k) in vsu moderno D. Libr.  
XXXVIII, tit. V, §. 3, p. 1155,  
1723, 4.

(l) in system. iur. ciu. libr.  
XXXVIII, tit. XV, p. 579,  
1759, 4.

(m) in collegio theoretico  
pract. libr. XXVIII tit. V, §  
3, p. 1109, 1732, 4.

(n) IO. PHILIPPI in vsu  
pract. instit. libr. III T. VIII et  
VIII ecloga XXXIII n. 3, 7,  
p. 603, 1698, 4, PHILIP  
CHRISTOPH RICHTER decis.  
39, n. 25 et 7, p. 488, 1647,  
4, PETRVS MÜLLER ad STRV-  
VII syntagma iur. ciu. exercit.  
37, p. 68, (β) p. 1032 vol.  
II, 1738, 4.

(o) in der bürgerl. rechts-  
gel. § 756 in fine.

(p) l. d. § 19, p. 41 seq.

B

10 CAP. II DE ADSIGNATIONE BONORVM

§ XIII

NEGOTIA IVRIS, E QVIBVS FRVSTRA DEDVCNT  
HANC ADSIGNATIONEM, VVLGO ADFINIA.

Nec alii desunt adsignationis fontes turbidi, e quibus hauriunt quidam adsignationis indolem. Sic, frustra petitur a feudo, viuerlehen, de quo egit GOTTLLOB AVGVSTVS IENICHEN (q). Frustra sunt, qui a vitalitio, in vernacula lipding, leibgeding, leibzucht, deriuant adsignationem (r). A via quoque aberrant, qui vsumfructum censem Germanicum, a quo vsumfructuarii leibe dicti (s). Errant, qui a dotalitio, quod etiam leibgeding, leibzucht, leibgedingskauf appellari solet, deriuant (t). Distat denique ab vsumfructus specie, quae secundum aliquot prouinciarum mores parenti superstiti in liberorum bonis datur, et sub denominatione der leibzucht, niesbrauch, venit (u).

§ XIV

(q) T. III, thesauri iuris feudalis, de feudis Euchstadiensibus. Ibi ejusmodi exempla referuntur e codice diplom. antiqu. Nordgau. Equestris 10. HAINR. DE FALCKENSTEIN, num. LV p. 95, et num. CXIX p. 107.

(r) ERNEST. PHILIP. HELLER in diff. de iure contractus vitalitii in concursu creditorum, praefide HARPRECHTO, et KLINGER in den sammlungen zum dorf- und baurenrechte p. 153 seq. T. I.

(s) 10. GE. WACHTER in

glossario voce leibgeding. EHRENFRIED GEIERI obseruat. ad ius et antiquitates Germanorum, Ienae 1710.

(t) compara REPERTUS RIVM IVRIS PRIVATI VOCE dotalitium et CHRIST. BESOLDI Thesaur. pract. cum addition. DIETHERRI VOCE leibgeding.

(u) Nassau-Carzelnebogische gerichts- und landesordnung cap. XI et XIII § 1, 1711 fol. Solmsische vnd Minzenbergische gerichtsordnung vnd landrecht P. II Tit. XXVIII von

AC RESERVATO PARENTVM GENERATIM. 11

§ X<sup>IV</sup>

IN QVO VERSATVR ADSIGNATIO, VVLGO OBIE-  
CTVM VOCANT.

Adsignationi dantur res ac iura, quae quidem ex fine dispositionis et paetii definiuntur, v. g. aedes cum area, horreo, et stabulo, haus, hofreide, scheure vnd stallung, bona immobilia tum hereditaria, tum alii rustici fundi, qui minus pleno iure possidentur, nec lege speciali, vti landsideliani, eximuntur. Datur pariter fundus instructus cum instrumento, mit schiffe und geschrirre. Adsignantur etiam alia bona mobilia, quae in supellectili vel in vten-  
libus, in der fahrenden haabe, consistunt.

§ X<sup>V</sup>

RESERVATVM IN QVO VERSATVR, SEV VT DICVNT  
OBIECTVM.

Reseruatum plerumque consistere solet habitatione vel communi vel separata, der auszugs-wohnung oder stube, subministrandis candelis lignisque, cibo potuque, cum eo cui adsignatur, fruendis, vel separatim vtendis. Accedit interdum immobilium quorundam vsusfructus. Adsignatur quoque quantitas fructuum et leguminis, vel consistit generatim in vietu et amictu, in pascenda vel alenda vacca quadam capraue aut porco. Interdum paciscitur parens sibi facultatem aliquem fundum, si res postulat, alienandi: Immo stipulatur sibi, vt solvatur pecuniae summa in necessitatis casu, ein nothheller. Ne dicam, de aliis prae-  
stationibus, quae in pacto adsignationis veniunt.

B 2

§ XVI

von der erbschaft des mannes dann. Chur-Maynzisches land-  
und weibes gegen einander, recht tit. VII, § 1, p. 14 § 2  
1571, § als ordnen et § fo viel et 3.

12 CAP. II DE ADSIGNATIONE BONORVM CET.

§ XVI

QVIBVS MODIS IN ADSIGNATIONE DOMINIVM  
TRANSFERATVR?

Aut negotium ex iuris naturalis principiis (x), et opus non est traditione ad transferendum dominium; aut ex iuris Romani (y) scitis rem dijudicas, aut e iure Germanico (z). Plerumque in adsignatione bonorum peragi solet translatio domini iurisue quod parens habuit, vel per actum inter viuos, vel per testamentum paternum, vel per divisionem patris matrisue inter liberos.

§ XVII

DIVISIO ADSIGNATIONIS.

Adsignatio vero I) fit vel a patre vel a matre vidua. II) Contingit mit oder ohne einfreitung (a). III) vel verbis tantum vel scriptura interueniente. IIII) vel in iudicio vel plerumque extra illud, accedente praefecti confirmatione. V) Euenit vel pure, vel sub conditione reseruati dominii, quam vocant mit der herrschaft, oder dem vorbehalt der herrschaft, de quibus in sequenti capite sigillatim acturus.

CAPUT

modum acquirendi dominii  
enarrat traditionem.

(z) Habemus immobilium  
refigurationem sive traditionem  
iudicalem. 10. STEPH. PÜTT-  
TERI elem. iur. Germ. p. 197,  
§ 547, 1756, 8, aut symboli-  
cam. 10. OVID. HOFMANN  
specimen iurisprud. symboli-  
cae German. § 14 seq. 1736, 4.

(a) Compara DAVID. G.  
STRVBE de iure villicor. p.  
100 seq. 1735, 4.

(x) Celeb. olim Lips. P. P.  
AVGVSTI. FRIDER. MÜLLE-  
RI einleitung in die philoso-  
phische wissenschaften T. III  
p. 40, 1733, 8, HAINR. DE  
COCCEN T. I exercitat. curios.  
T. I p. 213 seq.

(y) 1. 20 C. de Pactis, de  
NEVMANN instit. iur. Princi-  
pium primati § 164 p. 191, 1747,  
4, IVSTVS MEIER Collegii  
Argentoratenis T. II lib. 41  
Tit. I § 50 seq. p. 1169, 1657  
4t mai. vbi vicecum primum

## CAPVT III

DE VTRAQVE ADSIGNATIONIS SPECIE  
MIT ODER OHNE HERRSCHAFT.

## § XVIII

## ADSIGNATIO SINE DER HERRSCHAFT.

Generatim firma manet regula, quod in quauis adsignationis specie dominium rerum adsignatarum, quod habuit parens, in quemdam liberorum, cui fit adsignatio, transferatur; licet aliquando effectus dominii exercitiumue contemplatione eiusmodi iuris ad tempus vel sub conditione a parentibus differatur. Euenit inde illa adsignationis species, quae vocatur der anschlag der gütter ohne oder mit vorbehalte der herrschaft. Quae generatim spectata, est pactum, vi cuius parentes cuidam liberorum, dominium vniuersi patrimonii, etiam ius hereditarium, quod eis in bona concessum, pro pecuniae summa quadam, parentis plerumque arbitrio secundum modum substantiae definita, et exclusis ceteris liberis separationis iure praefanda, ea lege addicunt, vt pro lubitu adsignantis directionem circa rem familiarem sibi retineant, atque hoc demum cestante, definitum sibi reseruatum ad tempus reliquum accipiant.

## § XVIII

LIMITATVR QVAESTIO, VTRVM, QVVM RETINET  
PARENS DIE HERRSCHAFT, DOMINIVM TRAN-  
SEAT IN FILIVM FILIAMVE?

Sin vero expresse reseruatur dominium, superest nullum dubium. Vbi nihil expresse conuentum est; patetum hoc reale, vt antea monui transferre dominium in

B 3

filium,

14 CAP. III DE VTRAQVE ADSIGNATIONIS SPECIE

filium, censeo (b). Parens igitur mit der herrschaft habet administrator praedii. Nam generatim sub dominio, der herrschaft, ex communi loquendi vsu intelligitur potius adsignatio cum iure communionis, quo parens sibi dominium reseruat adsciscendo filium filiamue condominum. Sic vero die herrschaft se exserit circa directionem rei familiaris, quae cura eiusmodi, procreatione vietus et amitus, praeestatione onerum cet. absolvitur.

§ XX

DIVISIO DES ANSCHLAGS MIT VORBEHALT DER HERRSCHAFT.

Inde abit haec adsignatio quandoquidem pro diuersa conditione adiecta in alias pluresue species. Sic reseruat sibi parens administrationem rei familiaris et oeconomiae (I) vel omnimodam, vel e. gr. dimidia pro parte, die ganze oder halbe herrschaft, quae in primis in onerum praestatione occurrit. Sic quaestio recurrebat de ferendis belli oneribus patris, qui sibi reseruauerat die herrschaft. (II) vel ad vitae dies, vel e. gr. ad triennium. Interdum (III) pater adsignat sub reseruatione oeconomiae administrandae sub spe diligentis ac vitae attentae in rem familiarem, wenn sich die junge leute gut anlassen werden. (III) vel prandem et coenam filius eiusque vxor aut vxor et eius maritus accipiunt, vestimenta atque mercedem, famuli vel famulae instar, vel non, capiunt. (V) Fit, cum reseruatione mutandi vel plane reuocandi hoc pactum successorum. Quae igitur, quum pro diuersa relatione singularem

(b) Compara Virum Illustrem AEMIL. LUDOV. HOMBERGK ZV VACH de qualitate reali, quae pactis successoris inest § 2, p. 4, § 5, p. 9.

rem accipiunt indolem, ne a scopo dissertationis aberrarem, omitto, et vniuersali eius notioni tantum insisto.

### § XXI

#### RATIO HVIVS ADSIGNATIONIS.

Eriam si vero parentes facultate pro arbitrio in adsignatione filium filiamue, quem praeceteris liberis idoneum ad gerendam rem familiarem, et quocum iucunde viuere credunt, excepto minoratus alioue iure, sibi eligere solement; nihilominus tamen in eo prudentiae magis consultur, vt et dominium, die herrschaft, seu directionem circa rem familiarem sibi ad beneplacitum retineant, quo minus parentes, si in percepta opinione sibi defuerint, post vulneratam caussam, vt funesta iniuriae experientia docet, remedia quaerere cogantur.

### § XXII

#### OBTINET IN HASSIAE SVPERIORIS ET WITGEN- STEINENSIS DITIONE.

Interdum placet haec adsignationis species, sine der herrschafft, inter rusticos in Hassiae Superioris et Witgensteinensis ditione, sic, vt modo solitaria directio rei familiaris, modo dimidia aliaue eius pars, die ganze oder halbe herrschafft, retineatur. Quae res cum ita se haber, filius cum coniuge domestici familiares habentur (c); quandoquidem etiam definita competentia, dem ausgeworfenen auszug, ad sui suaeue familiae sustentationem contenti esse debeant. Quam ob rem, me quodam et sequenti exemplo

(c) Vir Perill. 10. GE. ESTOR in der bürgerl. rechtsgelehrsamkeit, cap. CIV, § 759.

16 CAP. III DE VTRAQVE ADSIGNATIONIS SPECIE

plo hanc adsignationis speciem illustrare, per traetationis ratione teneri, arbitratus fui.

In einem ehepaete zu E. zwischen N. und N. nimmt nach dem § 2, des bräutigams vater, nach gehaltener hochzeit, die junge ehleute ins haus, als künftige besizere der güter, welche er ihnen nebst aller befindlichen haabe und herrschaftlichen lehngütern cet. für und um 800 guld. Frankf. wehr. anschläget, wovon vorerst die passiv-schulden bezahlet werden, der überrest aber unter das geschwister, worunter der bräutigam mitbegriffen ist, in gleiche theile getheilet werden sollen.

§ 3, behalten des bräutigams eltern die herrschaft, so lang es ihnen gefällig ist, und geben währender zeit, so lang den jungen leuten jährlich zu ihrem auszug 2 mötte korn, 2 mötte gerste, benebst freyem tisch, 2 mesten linsen, und fals sie eigen land beibringen, so wollen die eltern ihnen solches zu ihrer benutzung frey auststellen, und düngen, die jungen ehleute aber sollen die saatfrucht geben und das gelströhde zur düngung im hof lassen.

§ 4, wann die eltern die herrschaft nach ihrem gefallen aufgeben solten, so überliefern sie den jungen ehleuten, nebst der gedachten fahrenden haabe, 2 pferde, 2 ochsen, wagen, pflug, vieh, hausrath.

§ 5, der auszug soll bestehen in der hintersten stube, freien tische, 4 mötte korns, 4 mötte gerste, 2 mötte waizens, 1 mäste saamen, einem halbfetten schweine, 2 maasen geschmelzten, und 2 maasen gestückten butter, 50 käsen, 50 eiern, und dem 4ten korb voll von allem obste, auch ihnen jährlich 2 mäste leinsaamens zu säen, so lang die mutter den flachs bereiten kan; widrigenfalls sollen sie alsdann ihr jährlich, an statt des leinsäens, 3 globen

ben geschwungenen flachs gebeten. Solte aber die mutter vor dem vater versterben; sollen sie dem vater jährlich, an statt des flachs, 18 ellen schmalen tuches zu hemden, und 12 ellen breites flächsen-tuches reichen.

§ 6, wann der vater vor der mutter sterben sollte; will die mutter jährlich mit 2 mötten korns, 2 mötten gerste, 1 mäste waitzens, nebst den andren auszugs-punten zufrieden seyn. Wann aber der vater übrig bleibt; wird ihm der ganze auszug vorbehalten.

§ 7, die mutter will ihr erbländ behalten zeit lebens, und die jungen leute sollen es ihr bestellen und düngen, auch wollen die eltern sich ein stück anzugreissen vorbehalten. Die jungen ehleute sollen sie zur erde bestatten, und das beste haubt thaidigen.

§ 8, das gebrechliche geschwister des bräutigams; wo sich dergleichen finden sollte, soll den lebensunterhalt und den einsitz haben.

§ 9, continet illata sponsae, et

§ 10, successionem inter vtrumque despontatum.

### S XXIII

#### ADSIGNATIO BONORVM MIT DER HERRSCHAFT.

Altera adsignationis species, mit der herrschaft, est pactum, quo parentes cuidam liberorum dominium vniuersi patrimonii ex composito tradunt. Quantitas pecuniae plerumque ex arbitrio et modo substantiae bonorum definitur. Portione ea, quam parens dixit, contenti sunt, vocantque die herausgift. Adiicitur quantitas alimoniae parentum superstitum, nominant den auszug. Cui adfig-

C

18 CAP. III DE VTRAQVE ADSIGNATIONIS SPECIE  
adsignatio fit, dominus et administrator rei oeconomicae  
euadit (d).

### § XXIIII

#### DIFFERENTIA INTER VTRAMQVE ADSIGNATIONIS SPECIEM.

Distinguitur altera adsignationis species ohne seu mit vorbehalte der herrschaft, a praesenti mit der herrschaft. Illa etenim transfertur dominium, retenta directione rei familiaris. Vbi adeo conditio reseruati dominii, et pactum expressamdat legem negotio. Hac transfertur dominium pure et cum omnimoda directione, quae sub omni onere et commodo exprimi solet. Illa constituitur vel per actum inter viuos vel per ultimam voluntatem, haec non nisi per actum inter viuos, quod modo in separato instrumento, modo in tabulis filii nuptialibus (e) perficitur, quae in vernacula sub nomine ehebrief, ehepaete, ehelich, hinlichsbried (f), ilchtem, hillich, eheberedung, ehezärter, eheftiftung, ehegeding (g) passim occurunt. Ceterum utraque species, ut pactum reale successorium de acquirenda haereditate initum, contemplatu huius effectus (h) conuenit.

### § XXV

(d) Vir Illustris AEMIL. LUDOVIC. HOMBERGK ZV VACH de qualitate reali, quea pactis successoris inest § 9.

P. 21, 1754, 4.

(e) Perill. IO. GE. ESTOR

in der bürgerl. rechtsgegl. cap.

CIV, § 777 p. 524. illustris

AEMIL. IVDOV. HOMBERGK ZV

VACH de qualitate reali, quea pactis successoris inest § 9.

(f) IO. PHILIPP ORTH l. d. rom. III tit. III, § 3, p. 31.

(g) Perill. ESTOR l. d. §

755.

(h) illustris HOMBERGK ZV

VACH l. d.

## § XXV

## SPECIES, QVAE OBTINET IN HASSIA INFERIORI.

Hunc adsignandi modum, mit der herrschaft, parentes rusticanae gentis in Hassia inferiori complures, sed non pari prudentia adhibere solent. En morem, in praefectura Hombergensi ad Efzam solitum;

Kund und zu wissen: daß wir N. zu N. aus reiser überlegung, und gutem vorbedachte zu unserm und unserer kinder bestem, sämliche unsere in und vor N. gelegene güter an haus, hofraide, scheuer, stallung, garten, äcker und wiesen, nichts ausgenommen, mit zwenen ochsen, einer kuh und allem wagen- und acker - geschirr, sub omni onere et commodo, i. e. samt aller bürde und nutze, unserem sohne N. für und um 420 rthlr. ieden rthlr. zu 32 Nieder-Hest alb. gerechnet, dermasen übertragen, abgetreten und übergeben haben, daß er zuvor die auf den gütern haftende schulden übernehmen, und was nach deren abzuge übrig, mit seinem beiderlei geschwister vertheilen, mithin deren erb - betrag, wie auch idem eine kuh, an sie, iedoch erst nach unserm ableben, abführen, oder alsdann verzinsen, wie weniger nicht, wann sie benötiget sind und verlangen, den freien einsitz im neuen neben - gebäude zeit lebens lassen, darneben aber auch uns ebenfals den lebenslangigen einsitz in der stube und einer kammer, wie auch die nothdurft in scheuren und ställen zugestehen und freies holtz verschaffen, imgleichen die 4te garbe aller früchten und dritte meiste obstes, reichen, sodann vier mätzen landes zu leine, kraute und rüben, frei aus - und heim - stellen und zur fütterung unserer kuh den halben garten, die Elbersbach zur hälften und das ganze Mannothens wisgen genüssen lassen sollen.

CAPVT IV  
DE EFFECTV ADSIGNATIONIS  
BONORVM PARENTALIS SPECIALI.

## § XXVI

LEGITIMA CUR IN ADSIGNATIONE BONORVM  
EXSVLET? RATIO PRIMA.

Tritum est ex iure Romano, legitimam non nisi ex caussa exhereditationis liberis auferri posse. Alienum id est, a negotio adsignationis bonorum Germanico, in quo eadem legitimae ratio non habetur, etiam si fiat in ultima voluntate. Nam definita a parentis adsignantis arbitrio pecuniae summa, qua liberis suis reliquis facit satis, inter rusticos legitima habetur (i). Quo magis sententia de legitima exsule in adsignatione obtinebit, quae per actum inter viuos exercetur, quod ἐπὶ τῷ πλεῖστῳ fieri solet. Etenim huius RATIO PRIMA est, quod viuentis legitimae cogitatio sibi contradicit: de quo concinne atque fuse egit, HIERONYMVS RIES in dissertatione singulari, sub praesidio CHRISTIANI THOMASII habita (k).

## § XXVII

## RATIO SECUNDA.

SECUNDA haec est ratio, quod legitimae quantitas seu portio, ut vocant, certo definiri nequit; dum I) reipublicae interest, ne ciuium ac rusticorum bona diuidantur,

(i) Perill. 10. GE ESTOR  
in der bürgerl. rechtsgelehr-  
samk. Tom. II cap. LIII § 3319  
P. 231.

(k) de legitima viuentis,

Halaë 1700, 4, cap. III p. 48  
sqq. Non enim datur querela  
in officiosae donationis, vbi  
fraus adparet nulla, l. d. § 21  
p. 68,

tur, nec eo ad paupertatem veniant, vt impares euadant oneribus principi praestandis; praesertim quum II) filius filiae, cui fit adsignatio, onera quaevis plerumque siue vniuersa, siue ex parte ferre debet. Accedit III) parenti reseruatum usque ad incertum euentum praebere et IIII) huic in senectute tum cura, tum singulari pietate obedientem esse oporteat filius. Iam vero in aperto est, vt officia, si a communibus discesseris, reliqua, quae iis, qui nos generunt, praestantur, singulari quadam proemio in iure digna (1), et collationi ne quidem obnoxia habeantur (m). Quae cuncta quidem certo definiti nequeunt, sed probant, nec laesionem enormem in adsignatione nostra obtinere.

### § XXVIII

#### TERTIA RATIO.

Tertia sumitur ratio a regula, quam struit GEORG. MELCH. DE LVDOLF (n), quod in bonis, vbi nulla successio, nec legitima locum habeat. Ideoque in feodalibus, stemmaticis aliis eiusmodi bonis legitima umquam est quaerenda (o). Quum feminae more Teutonum veteri in quaevis immobilia ne quidem successerint (p), nemus igitur iis legitima competitifset (q).

### C 3

### § XXVIII

(o) Perill. 10. GE. ESTOR Tom. II cap. 76 § 2958 seq. p. 40 der bürgerl. rechtsgelehr.

(p) GE. CHRISTIAN. GEBAVER in programm. de dote Germanica p. 14, 1741 et de iure successi, apud veteres Germanos p. 49.

(q) Perill. ESTOR l. d. p. 41.

(1) AVGUSTIN. A LEYSER in meditationibus ad pandectas specim. 436, meditat. 5, p. 1243 Tom. VI.

(m) SAM. STRYK de bene meritis cap. I, num. 49 seqq. p. 166 cap. IIII num. 17 seq. p. 180 Tom. IIII oper. 1743 fol.

(n) Tom. II symphor. col. 579 et obseruat. 247 Tom. III p. 30, 1734, 4.

22 CAP. IV. DE EFFECTIVI ADSIGNATIONIS

§ XXVIII.

QVARTA RATIO.

Quarta denique accedit ratio, quam Germaniae consuetudo praebet, quod sollicita legitimae aequalitas neque inter illustres (r), neque inter nobiles (s), quando legitima sit laesa (t) attendatur. Quod reliquum est, huic rei operam nauarunt BENTZ (v) GE. HAINR. AYRER (w) et HAINR. CHRIST. L. B. DE SENCKENBERG (x).

§ XXX

NVM MATRI SIT FACULTAS BONA ADSIGNANDI  
PATERNA?

In foro saepius disceptatur, an vtriusque parentis iuria in adsignatione nostra aequalia sint habenda? Qua de re speciem, quae in foro H. obtigit, formabo. Mater superstes post fata mariti filiae natu maxima, quum filii in militiam erant profecti, bona a marito profecta, quibus dotem et reliqua intulerat, itemque bona, durante matrimonio adquisita, aequie ac sua propria bona adsignabat. Filii ex militia redeentes matris actum infringere student, et de grauamine in legitima conqueruntur. Quo, quaestio ardui et dubii momenti obuenit, an? et quonam iure matris actus subsistat?

§ XXXI

(r) 10. IAC. MOSER de S.  
R. I. Statuum liberorum legitimae p. 182 seq. opuscul. 1744, 4.  
(s) GE. HAINR. AYRER §  
8 seq. p. 18 seq. 1757, 4, de iure parentum legitimam libe-  
rorum bona mente grauandi.

(t) 10. BAL TASAR. L. B.  
DE WERNHER P. VIII obseru. 208, p. 370, 1722, 4,

adde WOLFG. ADAM. SCHÖPE  
confil. 86 num. 18 et 89 p. 660  
Tom. VIII confil. Tubingens.

(v) in dissertat. de legitima  
parentum ob communionem  
bonorum exsule 1738.

(w) de legitima parentum  
pactis dotalibus exclusa 1748.

(x) de grauamine in legitima.

## § XXXI

## DVRIA MOVENTVR.

Iure Romano haec liberior disponendi facultas circa bona paterna matri non datur (y). Immo secundum huius iuris apices quaestione decidendam esse, vix credidem. Quum adsignatio nostra tamquam negotium Germanicum ex scitis iuris Germanici diiudicanda foret (z).

## § XXXII

## RATIONES DECIDENDI.

Inde si rationes decidendi depromuntur; vxor Theofisca ea debilitate, qua foeminae Romanae, laborasse, auctor est Cornelius Tacitus (a), caret. Sed potius in collendis agris et in cura familiae dominum egit (b) magnique aestimata fuit (c). Quid? quod communem cum marito

(y) IO. BALTASAR L. R.  
DE WERNHER P. II obs. 442.

(z) arg. R. I. de 1654 §  
105 R. H. O. Tom. I § XV 10.  
ADAM KOPP Tom. I der  
Lehnsproben in der vorrede  
p. II.

(a) de Moribus Germanorum cap. XLV § XI. Cetera similes, inquit, uno differunt, *quod foemina dominatur*: Intantum non modo a libertate sed etiam a seruitute degenerant, hic sueviae finis.

(b) idem l. d. cap. XV Fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegata do-

mus et penatium et agrorum cura foeminis senibusque et infirmissimo cuique ex familia.

(c) idem l. d. cap. VII et VIII. Vnde seminarum vultus audiri - - - - hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores - - - - cap. VIII memoriae proditur, quasdam acies inclinatas et iam labantes a feminis restitutas; constantia precum, et obiecta pectorum, et monstrata cominus captiuitate. Quam longe impatientius seminarum suarum nomine timent. Inesse quin etiam sanctum aliquid, et prou-

24 CAP. IV DE EFFECTV ADSIGNATIONIS

marito in liberos potestatem exerceuit (d). Accedit etiam praesumtio de communione bonorum in Germania antiquitus vniuersali (e) et DIDACI CO VARRVIAE sententia (f), quod liberi matris alienationem accusare nequeant, eoque magis in prolata specie pro iure adsignandi bona paterna matri competente, ob in versionem dotis et illatorum respondere sentiunt.

§ XXXIII

PRAEIVDICIO CONFIRMATVR.

Ita in simili inspectione in praefectura Ameneburgica, matris adsignationi, filiae natu maxima factae, adsentiebat ordo iuridicus N. N. anno 1763. Immo si mater probauerit, hoc illi permisisse, aut demandauisse patrem intestatum; hac de re nullum supererit dubium. Sin vero in prolata visione filia secunda queritur, de laesione portionis legitimae ex tit. VIII des Kurmaynzischen landrechts § XI p. 22, 1755 fol. matris potestatem adsignandi tacite fatebitur.

§ XXXIII

proudum putant, nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt. Adde des Herrn Vice-Canzlars ESTOR neue kleine schriften T. I p. 624 § 17.

(d) L. B. DE SENKENEERG in libro semestrium de potestate parentum Germanica ac Romana 1743, 4, §. XI p. 26, L. B. DE LYNKER de matris pot-

estate in liberos § XI seq.  
GOTTLIEB HEINECCIVS in elementis iuris Germanici § 402 not. 1.

(e) Vir Perill. ac Magn. 10. G. E. ESTOR in der bürgerl. rechtsgelehr. der Teutschen Tom. I cap. CII § 730 p. 308 et 737 p. 313.

(f) ad cap. RAYNVTIVS § 10 num. 22 p. 89 T. I operum Antwerp. 1614 fol.

BONORVM PARENTALIS SPECIALI.

25

§ XXXIV

NVM LIBERIS IN CONTROVERSIA, QVAM DIXI,  
ACTIO CALVISIANA QVASI DETVR?

Rem acu vix tangunt, qui in quaestione hac desiderant, an liberis in dicta visione actio Calvisiana quasi in mundo sit? Quod ex L. 13 D. si quid in fraudem patroni factum sit, eruere obtendunt (g); e diametro enim his contrariatur l. II § 1 D. de dolo malo, vi cuius dolus in parente non praesumitur. Praetereaque nulla similitudo inter patronum et parentes intercedit.

§ XXXV

NVM TVTELA IN ADSIGNATIONE BONORVM, QVAE  
FIT A MATRE, REQVIRATVR?

Quodsi igitur adsignationis negotium a parentum voluntate ac potestate dependet; sequitur inde, ut tutela matris non ad essentiam negotii requiratur; quoniam illa a Romana tutela longe differt. Attamen usus quorundam forensis rigorem tutelae Romanae tam strenue obseruat, ut facta bonorum aestimatione et praevio alienandi decreto tantum adsignatio valeat: ex iuris tamen Romani incongrua applicatione (h).

§ XXXVI

(g) IVST. HENNIG BÖHMER de actionibus sect. II, cap. III § 41, p. 206, 1725, 8. CHRISTOPH. LUDWIG CRELL vtrum liberi actione quasi Calvisiana venditiones parentum in officiosas reuocare possint? § 8 p. 23 sqq. 1739, 4.

(h) Vir Perill. 10. GE. ESTOR

in der bürgerl. rechtsgel. cap. CXXII § 963 p. 414 § 969, p. 416, adde 10. GOTTLIEB HEINECCIVM de usufructu statutario materno iuris Germanici, et FERD. CHRISTOPH. HARPPRECHT de usufructu statutario, vol. II differr. acad. 1737, 4 mai. p. 1156 sqq.

D

26 CAP. IV DE EFFECTV ADSIGNATIONIS

§ XXXVI

IVRA PARENTIS ADSIGNANTIS, QVOD AD RESER-  
VATVM ATTINET.

Aut parens iuris Germanici via incedit, adsignat-  
rus, aut peregrinam ambulat. Priori casu vel ex pacto  
vel ex statuto, si quod exstat format, negotium. Postero-  
ri euentu eligit voluntatem ultimam. Quum vero inter  
viuos transfert praedium in filiam filiumue, necesse est,  
vt vel egere malit, vel de alimentis sibi prospicere, praef-  
fertim quia prouerbium est notum, es kan eher ein vater  
zehne kinder ernähren, als zehne kinder einen vater (i).  
Hinc recte docet THEODOR. REINKINGK, qui Marbur-  
gi olim vixit (k), etliche ältern handeln fürsichtiger, quoque  
dass sie zwar ihre güter den kindern übergeben; behalten sich  
aber ein reseruat oder auszug bevor. Cauto igitur opus  
est, vt sibi, vnde viuat, reseruet adsignans. Quamuis et  
naturale et ciuile ius liberos eorumque heredes iubent, pa-  
rentibus egenis alimenta praebere (l). Antipelargiam  
vocant, quam Ictus quandam Basileensis NICOL. BASSAVANT  
exposituit (m).

§ XXXVII

(i) 10. NICOL. HERT pa-  
roem, iur. libr. I par 75 p. 526  
T. III opusculor. Vol. I 1716,  
4.

(k) p. 843 sq. der biblischen  
polizei 1656, 4.

(l) Compara VLRICI THO-  
MAE LAVTERBACHII Colle-  
gium theoret. praet. libr. XXV

tit, 3, § 19 P. II 1725, 4, quod  
etiam docuit PETER MÜLLER  
ad STRV 11 syntagma iur.  
ciu. exercit. XII libro VII, tit. I,  
§ 5, p. 737, in iis casibus, qui-  
bus pater vsfructu priuatur.

(m) in diff. de antipelargia  
1672, 4, et 1714, 4, sect. I  
§ 13 seqq.

§ XXXVII

ORIGO ET CAVSSAE RIXARVM FREQUENTISSIMA-  
RVM PARENTIS, FILII, NVRVS, FILIAE,  
AC GENERI.

Quando pater concipit senectam, est despectui, prae-  
fertim si est libidinosus, heluoue aut prodigus, inepte  
concupiscens. Nota est paroemia iuris: alter hilft für  
thorheit nicht (n), item, wenn die alten vnd weissen nar-  
ren, so narren sie gröblich; porro: wenn man will einen  
narren haben; so sterbe einem alten die frau, ad haec:  
ein alter mann eine iunge frau, gewisse kinder; praeterea:  
alte weiber, alte wettermacherinnen, id est, die plaude-  
reien vnd zanck anrichten, item: alte leute alte räncke,  
iunge füchse iunge schwäncke (o). Moneat iudex filium  
e SIR. III, 15. PROV. XXIII, 22, compositionem amicabi-  
lem tentatum iens.

§ XXXVIII

REMEDIA PRAECAVENDI IVRA AC SERPIENDI  
RIXAS PARENTIS.

Habent separatim, haud prandeant coenentque cum  
filio. Obseruet filius illud: offenbett vnd kann, sind  
gut dem alten mann (p). Si praestationes fueriut promis-  
fae, quas filius debet parenti, qui praedium adsigna-  
uit, ex natura alimentorum diiudicatur controuersia (q).  
Si qua vero quaestio de fundo reseruato recurrit, doctrina  
quidem de vſufructu obtinet Germanico, quam esse spe-

D 2

(n) GEORG. TOB. PISTO-  
RIVS thesauri paroem. iuridi-  
carum centur. II p. 1555, 1715,  
8.

(o) PISTORIVS p. 153 seq.

(p) PISTORIVS p. 161.

(q) PASSAVANT l. d. Sect. II  
§ 1 seqq.

58 CAP. IV DE EFFECTV ADSIGNATIONIS

ciem vtilis dominii, constat inter omnes (r); interim iudex nec hic negliget argumentum, ab alimentis petitum.

§ XXXVIII

CONTINVATIO REMEDIORVM.

Ideo quum saepissime oboruntur iurgia, rixae ac disceptationes forenses, de implemento reseruati, iudex considerabit alimentorum naturam, quod praecise et de meliori frumento reseruatum, siue in fructibus aliisue praestationibus consistat, exigi possit, ac fines paeti diligenter respiciet trutinabitque. In dubio iudicabitur secundum parentem. Fraus liberorum, qua parentes, quod ad iustum reseruati implementum attinet, decipere student, venit seuere coercenda. Attamen si parentes vel plane non cum liberis de vitae alimentis, vel de nimis postea reperitis conuerent, mensuram alimentorum definire et separationem obmota discordia non reconcilianda, ex naturali Germanorum aequitate, et singulari alimentorum (s) iure decernere, arbitrio iudicis, quo multa statuere potest, relinquitur.

§ XL

SYMTVS AEDIFICATORIOS HABITATIONIS QVIS FERAT?

Pater filiae pro praedium mille florenis adsignauerat praedium. Habet duas sorores consanguineas. Pater enim ante

(r) 10. GOTTL. HEINEC-  
CIVS element. iuris German.  
lib. II tit. 2 § 37 p. 394, 1736,  
8, T. I, 10. SCHILTER in  
praxi iur. Roman. exerc. XVII  
§ 19, 20, CHRISTIAN. THO-

MASIVS in notis ad institut.  
p. 157, 1713, 4.

(s) SAM. STRYK in vsu mo-  
dern. 1, libr. XXXIV tit. I § 1  
seqq.

ante XII annos nouercam induxerat auaram. Pepigerant ita de habitatione: stehet es den ältern in der wohnstube nicht an; sowird eine stube, kammer vnd küche zurechte gemacht. Vrget nouerca, Xantippe, habitationem separatam. Sed quis fert impensas aedificandi noui vaporarii, et culinae? Priuigna, inquit, nouerca, tui est officii aedificare! Consentit pater ob imperium vxoris. Negat hoc filia. Vos, ait, parentes magis diuites estis prae me! Principium omne est graue! Argumentum ab habitatione, seruitutis Romanae specie, ducere nequit iudex. Differunt enim habitatio vi-duae aequetraris ac parentum rusticorum ab illa (t). Nouit Germania seruitutes in faciendo constitutas (v). Accedit parentes pacto legem dixisse. Quapropter interpretatio contra illos fieri debet (w).

### § XLI

VTRVM RESERVATVM PARENTI SIT PRAESTANDVM, SI FILIVS OB CALAMITATEM FRVGI-BVS PRIVETVR?

Saepe recurrit quaestio occasione belli aliaeue calamitatis publicae ac fortuitae. Num videlicet filius, cui fit adsignatio, ad singulas reseruatorum fructuum praestationes implendas obfringatur, si casu aduerso fructibus fundi vel penitus vel magna ex parte priuatus fuerit, sic, vt

D 3 exiguuus

(t) AVG. DE LEYSER spe-cim. 106 coroll. 3 p. 428 T. II 1723, 4.

de seruitute faciendi § 23 seqq. p. 522, disputationum eius, 1729, 4.

(v) EPHRAIM, GERHART de seruitutibus in facto consi-stentibus, lenae 1710, 4, cap. II n. 12 seqq. et cap. III, GOTTLIB. GERHART, TITIUS

(w) arg. l. 30 D. de pactis l. 21, POMPONIVS l. 33 D. de contrah. emt., VLFIAN. in l. 172 D. de reg. iuris.

30 CAP. IV DE EFFECTV ADSIGNATIONIS

exiguus frugum prouentus haud sufficiat filio? Ego quidem iure alimentorum ratione reseruati adsumto, ad geometricae proportionis applicationem recurrerem. Argumentor a simili. Absit, vt hominem comparem pecori. Si tamen pascua haud sufficiunt, nec dominanti praedio nec seruienti ius fortius, sed utriusque aequale tribuerem; quamuis non ignorem, maximum hic regnare IC. torum dissensum (x), propter l. 13 § 1 D. comm. praedior. et l. 6 C. de seruitut.

§ XLII

QVID IVRE SAXONICO OBTINEAT OB MOTAM  
FILII BONORVM CONTRVRBATIONEM, VVL-  
GO CONCVR SVM.

Sed quid si filii res conturbentur! vulgo concursus creditorum exoritur; quod ad reseruatum in Saxonia ele-  
ctorali attinet, in quarta creditorum ponitur classe; quem in finem fors a iudice constituitur, cuius usurae patri ad vitae sustentationem adsignantur, ita quidem, ut fors ipsa morte eius ad communia redeat creditorum bona, massam adpellant (y).

§ XLIII

(x) Quem enarrat S A M.  
STRYK in usu modern. <sup>π.</sup>  
libr. VIII tit. 3, § 15 p. 117  
Tomi II, 1737, 4. Ex iuris autem rigore notum est, prout ususfructarius et Romani et Germanici iuris, commoda sentit, ita incommoda illum pariter premunt. Ego tamen

mallem hanc controversiam dicetiri ad normam dogmatum iuridicorum de alimentis.

(y) LÜDER MENCKEN in systemat. iur. ciu. libr. XXXII tit. V § 13, p. 680, Perillustris 10. GE. ESTOR in der bürgerl. rechtsgelehr. T. II cap. LV, § 4194 p. 551.

## § XLIII

NVM POST MORTEM VNIVS PARENTIS AD ALTE-  
RVM SVPERSTITEM INTEGRVM RESERVATVM  
PERTINEAT?

Alia suboritur quaestio, de hac specie, quam profe-  
ro. Finge ambos parentes bona sua adsignando, commu-  
ne sibi stipulatos fuisse reseruatum: post haec alter paren-  
tum diem obiit ultimum, alter vero superstes praestatio-  
nem totius reseruati in futurum desiderat. Cum distin-  
ctione hanc judico quaestionem: aut parentes de eo ex-  
pressè conuenerunt, ut totum reseruatum parenti super-  
stiti maneat, aut sine hac restriictione simpliciter stipulatio  
est interposita; si prius conuentioni est standum. Sin po-  
sterius; aequitas suadet, dimidium reseruati ad liberos re-  
cidere, nisi aequitas naturalis, cui Teutones ante omnia dediti,  
parenti superstiti plus, quam dimidium, ob qualita-  
tem, et superstitis parentis conditionem dari velit. Fac enim  
illum morbo longo esse implicitum, et medicina et mer-  
ces parabolarii non sufficiunt alendo parenti; iudex aequi-  
tatis habebit rationem. Finge parentem amittere oculo-  
rum lumina; et opus esse ductore alendo.

## § XLIV

IVRA PARENTIS ADSIGNANTIS, DVM RESPICIMVS  
AD VNIVERSITATEM VEL CIVIVM VEL RVSTI-  
CANAE GENTIS.

Eiusmodi senes, die auszüger, iure reseruati, quod  
in Germania audit das alten-recht, das grosvater-recht,  
die setzung auf der alten recht oder auf den alten theil,  
quod ad effectus totius vniuersitatis ciuiles attinet, in one-  
rosis mortui fere habentur. Immunes sunt a praestatione  
onerum

32 CAP. IV DE EFFECTV ADSIGNATIONIS

onerum et operarum, tum realium tum personalium, quae reliqua vniuersitatis membra premunt (z). Attamen circa onera parochialia aliter sentio, si haec inhaerent aedibus, quas senes separatim inhabitant, dem auszugs-hause (a).

§ XLV

OBLIGATIO PARENTIS ADSIGNANTIS ERGA LIBEROS.

Forma adsignationis Germanicae requirit, vt parens adsignans dominium aliud ius, quod in bona habuit, in filium filiamue, cui fit adsignatio, transferat, § X reg. III, § XVIII et XVIII. Infertur inde, parentem adsignantem quod ad vltiorem dispositionem tum oppignerando, tum quoquis modo alienando ita agere, vt quaelibet vis et efficacia desit, nisi pactum de fundo quodam alienando adiectum, aliud ferat, § XV. Denique quum hoc pactum reale successorium de acquirenda hereditate ad heredes transeat; parens obstringitur, ne in heredum damnum, adsignatione semel facta, ius quod habuit, in alium filium transferat. Id probat ex responso Facultatis Iuridicae Marburgensis Vir illustris AEMIL. LVDOV. HOMBERGK zu VACH (b). Reliqua parentis officia sunt vel communia, vel quae pactum suadet.

§ XLVI

(z) HILDEBRAND l. d. § XXI p. 47; LÜDER MENCKEN in systemat. iur. ciuil. libr. L tit. I § 7 p. 923.

Halaes 1730, sect. III cap. II § XV p. 144.

(a) arg. IVSTI HENNING. BOEHMERI in iure parochiali,

(b) in dissertat. de qualitate reali, quae pactis successorii inest § IX p. 22.

## § XLVI

OBLIGATIO PARENTIS ADSIGNANTIS QVOD AD  
SVPERIOREM DOMINVM PRAEDII SPECTAT.

Quod si vero praedia rustica, vel censitica vel emphyteutica vel cum eiusmodi iuris restrictione affixa, adsignare desiderant parentes; domini consensum in huiusmodi alienationis specie adhibere necessitate adiguntur. Quid vero hac de re speciatim statuendum, ex consuetudine et statutis cuiusvis prouinciae optime erit addiscendum. Ideoque haud iniucundum foret, pro scopo mores Hassiacos sequi. Loquitur de his Sanctio Principum Fratrum GVLIELMI IIII LDOVICI IIII et GEORGII I, Hassiae olim Landrauiorum, cap. XXVIII von succession der zins- und dientbaren güter.

So setzen ordnen und wollen wir dass einem ieden inhaber und besitzer eines erbzinses und dientbaren gutes freistehen soll, bei seinem leben zu disponiren, zu verordnen und zu schaffen, welches unter seinen kindern allein das gut nach seinem absterben ganz beziehen und besitzen soll, und die andren geschwifter davon, gebührlicher und landläufiger weis ablegen soll, bei welcher verordnung, auch wir es, und andere güter dieweil der zins dienet, und andre darauf stehende pflicht gütlich entrichtet wird, bleiben lassen wollen und sollen.

Da auch der inhaber gleich hievon nichts bei seinem leben ausdrücklich verordnet hätte, aber seiner kinder eins bei sich ins gut verheurathet, so sollen dasselbig auch nach absterben des vatters bevor den andren geschwistern, doch das demselben gebührliche ablegung geschehe, den vorzug haben.

E

Wann

34 CAP. IV DE EFFECTV ADSIGNATIONIS

Wann solche güter vertheilet werden wolten, soll solches nicht anders kraft und macht haben, es geschehe dann mit des landesherrn und anderer gutsherren wissen und willen.

§ XLVII

VTRVM FVNDI DOMINVS SVPERIOR EXIGERE  
QVEAT LADEMIVM OB ADSIGNATIONEM  
BONORVM PARENTALEM?

Mira pragmaticae nationis, de laudemio exsoluendo, diffusio deprehenditur. Sunt, qui autumant, mutata domini persona, siue haec mutatio eueniat mortuo domino, siue per contractum nouus existat dominus, laudemio esse locum. Negant hoc alii, voluntque, ut mutato praedii domino tantum praefetur illud (c). Sunt praeterea, qui facta inter heredes liberosus mutatione laudemium domino exsoluendum opinantur. Negant vero complures. Percenset vtramque sectam T O B. quem dixi, BARTH (d). Porro non eadem cunctis sedet opinio: num laudemium in loco onerum realium aut personalium sit ponendum (e). Nec de precio conueniunt pragmatici. Quidam respiciunt tempus aestimationis praesentis. Alii ob reseruatam v. g. habitationem, minoris venditum fundum, laudemium haut minui contendunt (f). In persoluendo laudemio, quod sterbe-lehnwaare vocant, aetimant praedium ex tempore contractus; aliquibus pre-

(c) Nomina ICTORUM dedit T O B. BARTH diffensu 816 centur. VIII p. 554, 1725, 8.

(e) idem l. d. 519 p. 559 seq.

(d) diffensu 818 p. 558.

(f) BARTH diffensu 820.

pretium, quo nunc aestimatur, placet (g). Ego diuersas diuersarum prouinciarum confuetudines animaduerto, et ex his iudico: Singulare igitur quod in praefectura Hombergensi ad Efzam, vulgo in Hassia, deprehendi, enarrabo. Ibi per pactum quoddam, den Neuensteiner gerichts-recess, nobilium de Wallenstein, de 26 aprilis 1575, diuo G V I L I E L M O IIII Hassiac Landgrauio placuit, vt nobiles de Wallenstein tum in adsignatione parentalii, tum in quouis alienatione praediorum suorum rusticorum laudemium duorum florenorum ob viginti florenos exigere possint, quod sub nomine weinkauf, leih oder lehngelter venit. Quam ob rem tres aestimatores in quouis pago des Wallensteinischen gerichts, iurejurando obstricti, facta alienatione, quaevis mobilia, die fahrende haabe, quae ex recessu, quem vocant, ruta caesa, was nicht erd wand band nied vnd nagel vest ist, comprehendunt, vt in dicto recessu loquitur fahrende haabe vnd hausgeräthe auch geyl (h) vnd gaar i. e. die ausfaat, besserung vnd düngung, ex aequo aestimant. Quae tunc aestimatio et portio hereditaria filii, cui fit adsignatio, atque pecuniae summa, quam parens adsignans sibi referuauit, a cuncta, ex arbitrio parentis definita, summa detrahuntur. De residuo vero tandem decima pars, der 10te pfennig, extincta masculina nobilium Wallensteiniorum

## E 2

niorum

(g) BARTH diff. 820 § 3  
et 4 p. 862 sq.

bürgerl. rechtsgelehrf. § 3308.  
Alia significatio vocis gare,  
gere legitur apud FRIED.  
ESA. DE PVFFENDORF  
T. II obseru. 185 § 6 p. 578,  
1748, 4.

(h) Voces geyl et gaar in  
prouincia Lüneburgica hodie-  
num visitatae. Compara Perill.  
I O. G E. ESTOREM in der

36 CAP. IV DE EFFECTV ADSIGNATIONIS

niorum stirpe, eodem modo hodie ad fiscum Principis redigitur. Alibi in Hassia bona immobilia ita aestimantur, ut magistratus loci, ad fisci utilitatem, summam, a parente definitam, ex veritate pretii augere possint.

§ XLVIII

IVRA LIBERORVM IN ADSIGNATIONE.

Quae sint obligationes parentum generatim sumtae, dum constituant iura liberorum, quiuis perspicit, videlicet ne laedant ius eius, cui adsignatum fuit praedium, multo minus contra regulam impingant ratione fundorum, quos lehnöhöfe adpellant. Hi enim ferunt neminem, qui a primo adquirente non descendit (i). Nec iuuat vitricum confirmatio pætii dotalis a praefecto confirmati. Hinc vtut bona genero eiusque vxori simul adsignentur, genero tamen dominium non adquiratur, neue vxoris bona, postquam fato defuncta fuerit, non nisi ob summam necessitatem alienare possit (k). Quod si vero gener pecuniam ex suis bonis ad vxoris fratres sororesue dotandos, vel ad socii referuatum ferendum contribuerit, illud mutui instar habetur, ac bonis liberorum, usque dum nuperint, tantum fruatur; nisi ipse liberorum heres factus fuerit (l).

§ XLVIII

(i) IO. ADAM KOPP T. I  
der lehnsproben p. 299 sqq.  
1739, 4.

p. 487, 10. PHILIP ORTH  
l. d. libr. I T. II, tit. 6 § 2,  
p. 543, Perill. 10. GE. ESTOR  
l. d. T. I cap. 104, § 756  
p. 312.

(k) arg. des Kurpfälzischen  
landrechts T. III Tit. XII p. 2,

## § XLVIII

## OBLIGATIONES LIBERORVM.

Tandem vero obligationes liberorum constituantur correlatum iurum, quae parenti adsignanti addicuntur, si ab eo discesseris, ut filius, cui fit adsignatio ex presumtione fere generali stringatur, summam ceteris separatis liberis, qui audiunt etiam abgemaehrte, i. e. abgefundenre kinder (m), definitam paratam exsoluere, si nupserint, maioresque facti fuerint; vel ab eo tempore usuras praestare, nisi aliter de eo expresse conuerinent. Sic in praefectura H. inter fratrem fororesue controuersia oriculauit do tempore persoluendae portionis filialis, der ablegung des geschwisters. Quaedam forores eius, cui adsignatum praedium erat, nubebant maritis. His frater portionem suam exsoluebat. Sed natu maxima conditionem nubendi non inueniebat. Nata sum, inquit, XXX annos. Igitur te, frater! oportet mihi numerare portionem meam, das erbe-gelt, vna cum usuris, inde ab anno XXV aetatis meae. Annuit petito praefectus H. Sibi hoc placere declarat Regimen; quia filia, annos XXV nata, sed caelebs, possit petere a fratre suam portionem. Annus aetatis maioris et nuptiae essent sibi aequales. Nec in culpa haereat puella maioris aetatis, quod nemo illam duxerit uxorem. Soluat ita frater praedii dominus, aut fortē, aut usuras det anniuersarias fratri fororiue, quae maiorem aetatem fuit indepta.

## CON-

(1) Perill. 10. GE. ESTOR l. d. et 10. PHIL. ORTH l. d. (m) Kurmaynzisches landrecht tit. XVI § 5 p. 32, 1755 fol. p. 543.



# CONSPECTVS.

## CAPVT I

DE PRINCIPIIS, QVIBVS ADSIGNATIO  
BONORVM, CVIDAM LIBERORVM A PAREN-  
TIBVS FACTA, FVNDATVR, sistic.

I Nociuam bonorum diuisiōnēm.

A) ex principiis politicis § I.

B) ex moribus Germanorūm sibi a diuisione bonorum  
cauendi. Vt:

- a) ope maioratus et
- b) minoratus § II.

C) Ex constitutionib⁹ Hassiae Provincialib⁹ § III.

II Facultatem liberorum paciscendi ex more Germanorūm  
cum parentibus § IIII.

## CAPVT II

DE ADSIGNATIONE BONORVM AC RESERVATO  
PARENTVM GENERATIM. tractat

I Frequentem adsignationis parentalis vsum in Germania  
§ V. Ex quo deditur

a) vtilitas pertractionis § VI.

II Negotium in se spectatum, quod exhibet

A) nomen adsignationis et reseruati, quod ad

1) etymologiam § VII. et

2) synonymiam attinet § VIII.

B) de-

## CONSPECTVS.

- B) definitionem adsignationis parentalis quatenus generatim spectatur. § VIII. Inde deducuntur
- a) regulae vniuersales de adsignatione § X et
  - b) reprobantur ICtorum opiniones, quae contra hasce impingunt § XI.
  - c) adprobantur vero aliae iustae sententiae de adsignatione § XII.
- C) eius adfinia, vt vocant § XIII.
- D) Obiectum, seu in quo versantur
- a) adsignatio § XIII et
  - b) reseruatum § XV.
- E) Constituendi modum § XVI.
- F) Divisionem, § XVII
- I vel a patre vel a matre vidua;
- II mit oder ohne einfreiung,
- III vel verbis vel scriptura interueniente,
- III vel in iudicio vel accedente praefecti confirmatione,
- V vel pure vel sub conditione reseruati dominii  
(diuisio des gantzen vnd halben anschlags raro occurrit et silentio prastermittitur.)

## CAPVT III

### DE VTRAQVE ADSIGNATIONIS SPECIE, MIT ODER OHNE HERRSCHAFT. Exponit

- I adsignationem sine der herrschaft. Vbi spectatur
- A) definitio § XVIII.
  - B) quaestio: vtrum hacin specie dominium transferatur?  
§ XVIII.
  - C) diuisio § XX eaque excurrit

E

I) vel

## CONSPECTVS.

- I) vel in omnimodam vel e. gr. dimidia pro parte die ganze oder halbe herrschaft
  - II) vel ad vitae dies, vel e. gr. ad triennium.
  - III) sub reseruatione oeconomiae familiaris et spe diligentis ac vitae attentae in rem familiarem,
  - III) vel ad vietum et amiictum
  - V) cum reseruatione mutandi vel plane renocandi paustum
  - D) ratio huius adsignationis § XXI.
  - E) eius frequentia in Hassia superiori et Witgensteensi ditione § XXII.
- II Adsignationem bonorum mit der herrschaft. Et quidem
- a) definitionem § XXIII.
  - b) differentiam inter utramque adsignationis speciem mit oder ohne herrschaft § XXIV.
  - c) frequentiam eius in Hassia inferiori § XXV.

## CAPVT IV

### DE EFFECTV ADSIGNATIONIS BONORVM PARENTALIS SPECIALI. Tractat.

#### I Iura parentum in adsignatione

- A) quae ad eos respectu liberorum spectant,
- B) quod ad legitimam attinet, exponitur
  - a) legitimam in adsignatione bonorum exsulare § XXVI ex quatuor rationibus
    - \* quoniam viuentis legitima non datur, § XXVI
    - \*) quia incerta legitimae quantitas deprehenditur § XXVII.
    - \*) ob regulam: in bonis vbi nulla successio nec legitima locum habet, § XXVIII.
    - \*) ob

## CONSPECTVS.

- a) ob contrariam in Germania consuetudinem § XXVIII.
- b) disquiritur: num matri sit facultas bona ad-signandi paterna? vbi exponitur
- 1) species § XXX
  - 2) dubia mouentur § XXXI.
  - 3) rationes decidendi struuntur § XXXII et
  - 4) praeiudicio confirmatur § XXXIII.
  - 5) refutatur argumentum: in hac visione liberis actionem quasi Caluiasinam dari § XXXIII.
  - 6) quaeritur: num tutela in adsignatione bonorum, quae fit a matre, requiriatur? § XXXV.
- c) Quod ad reseruatum attinet, proferuntur
- a) ius alendi parentes § XXXVI.
  - b) origo et caussae rixarum parentis, filii, natus ac generi § XXXVII.
  - c) quenaam sint remedia praecaundi ac solviendi rixas parentis et filii § XXXVIII, XXXVIII.
  - d) disquiritur: sumitus aedificatorios habitacionis nouae quis ferat? § XL et
  - e) virum reseruatum parenti sit praestandum; si filius ob calamitatem frugibus priuetur? § XLI.
  - f) quid iure Saxonico obtineat, ob motam filii bonorum conturbationem, vulgo concursum § XLII.
  - g) num post mortem vnius parentis ad alterum superstititem integrum reseruatum pertineat? § XLIII.

F 2

III) Iura

## CONSPECTVS.

B) Iura parentis adsignantis, dum respicimus ad  
vniuersitatem vel ciuium vel rusticanae gentis  
§ XLIV.

### II Obligationes parentis adsignantis:

A) erga liberos § XLV.

B) quod ad superiorem dominum praedii spectat §  
XLVI.

quo disquiritur:

vtrum fundi dominus superior exigere queat  
laudem ob adsignationem bonorum parenta-  
lem? § XLVII.

### III Iura liberorum in adsignatione § XLVIII.

### III Obligationes liberorum § XLVIII.



ULB Halle  
003 719 332

3



f

86.





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Farbkarte #13

Cyan

Blue

Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19  
inches



DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>I</sup>O IVRIDICA SOLLEMNIS  
DE  
**ADSIGNATIONE**  
BONORVM PARENTALI  
CVIDAM LIBERORVM FACTA, VULGO  
VOM ANSCHLAGE DER GÜTER, ITEMQUE DE  
RESERVATO VOM AVSZUGE DER ELTERN

26  
1764, 4.

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE  
AC DOMINO  
**DOMINO FRIDERICO II**  
HASSIAE LANDGRAVIO REGNANTE, PRINCIPE  
HERSFELDIAE COMITE CATTIMELIBOCI DECIAE ZIEGENHAINAE  
NIDDAE SCHAVMBVRGI ET HANOVIAE RELIQA

IN VNIVERSITATE LITTERARIA MARBVRCENS<sup>I</sup>  
AVCTORATE ET CONSENSV  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORIS LEGITIME ADIPISCENDI  
DIE  
c<sup>i</sup>o c<sup>l</sup>o c<sup>l</sup>x<sup>iiii</sup>

H. L. C.  
VNIVERSITATIS ACADEMICAe PROCERV<sup>M</sup> DISCUSSIONI PUBLICAE  
SUBMITTIT  
**REINHARTVS ABRAHAMVS MOELLER**  
ILLVSTRIS REGIMINIS, QVOD MARBVRC EST, ADVOCATVS  
ET PROCVRATOR ORDINARIVS.

MARBVRCI  
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VNIVERS. ACAD. MÜLLERIANA.